

Stat. 10. Quæſt. 13. P. Gaſpar Hurtadus Diſput. 4. de ſacrificio Miſſæ Diſſent. 4. & P. Pellizarius Tra- ſtat. 8. Cap. 2. numer. 98. Miſſa inchoari & finiri ante auroram poteſt ſine priuilegio: cum ergo illud horam ultra communiter licitam concedat, iuxta illud inchoatio & finitio dicta ratione licebit.

238 Sed addendum aliquid, quo priuilegium anguſtius comprobetur. Miſſam ſcilicet ſine priuilegio inchoari poſſe duabus horis ante ſolis ortum, iuxta id, quod cum alijs tenet P. Suarius Tomo 3. in 3. q. Diſp. 80. Sect. 4. 6. Secundo inquiri. Vnde & conſequenter affirmat ſ. Tertia inceptio, ex priuilegio vnius horæ ſpatium concedente, poſſe tribus horis ante ſolis ortum celebrari. Quod & tenent Cardinalis Lugo Diſput. 20. numer. 33. P. Dicaſtillus infra, numer. 55. P. Leſſius quaſt. 83. num. 74. Diana Parte 1. Tractat. 14. Reſolut. 33. & Parte 10. Tractat. 12. Reſolut. 26. Baſſæus ſupra. P. Pellizarius etiam ſupra. P. Arriaga Tomo 7. Diſput. 54. num. 17. & alij. Addit autem Diana poſſe poſt matutinum, aut duabus horis poſt dimidiam noctem illicò Miſſam dici, ductus auctoritate Ioannis de la Cruz, qui in Directorio Conſcientiæ Parte 2. de ſacrificio Miſſæ. Quæſt. 2. Dub. 1. Concluſ. 3. in fine affirmat, ad ea remittens, quæ dixerat in Epitome de ſtatu Religionis, Lib. 2. Cap. 5. Dub. 1. Concluſ. 2. Tenent etiam P. Dicaſtillus, P. Tannerus, P. Pellizarius, P. Quintanad. Tamburinus, & Hieron. Rodriguez apud Dianam Reſolut. 26. citat: vbi pro eo adducit priuilegium Alexandri VI. Bullâ 13. pro Benedictinis Montis-Serrati, & conſeſſionem Leonis X. vniuſ vocis oraculo. Quod & propter Alexandri VI. conſeſſionem tenet Baſſæus cum Hieronymo Rodriguez, & Portel. Conſeſſioni enim Leonis X. cum oraculum fuerit, non videtur momenti aliquid exhibere. Pro alio, in hoc genere latiffimo, militat P. Dicaſtillus Tractat. 5. Diſput. 4. numer. 65. & ſeqq. vt ſcilicet poſſit dici Miſſa quauis horâ poſt dimidiam noctem. Pro quo & aliud conſeſſum dicitur PP. Mexicanæ Prouinciæ Societatis noſtræ, ſed à quo Pontifice ſcire non potui. Videtur autem à Paulo V. eo enim viuente illius notitia in Peruiam delata, cum quâ & vſus ſcientium, & communicationem eiufdem à Prouincialibus poſtulantium & obtinentium inoleuit. Quâ & ego iam inde à tempore illo poſitus, Prouincialium ſigno ac ſubſcriptione munitâ. Nec mirum hoc videri debet, quandoquidem Remigijs Tractat. 5. Cap. 4. §. 4. num. 1. teſtatur Religioſos virtute priuilegiorum idem poſſe. Vbi & addendum pro dando Viatico id ſine priuilegio omnibus licere, vt cum alijs tenet Diana Parte 11. Tractat. 7. Reſolut. 21. qui & videndus Parte 10. Tractat. 12. Reſol. 57. vbi cum multis probat tres Miſſas Natiuitatis dici nocte poſſe. Pro quo & P. Amicus Tomo 7. Diſputat. 33. numer. 330. P. Dicaſtillus numer. 72. vbi quod à puncto mediæ noctis. Et P. Granada Tomo 2. in 3. p. pag. 1070. num. 5. vbi quod Romæ ita fiat.

239 Circa tempus autem, ultra quod differri celebratio nequit, cum Eccleſiæ praxis, Rubricæ Miſſalis, & Pontificum conſeſſiones circa illud, meridiem eſſe ſignificant, in huius termini taxatione variâ ſententiæ ſunt, de quibus Diana

tract. 14. citat. Reſol. 34. & Parte 5. tract. 5. reſol. 58. & Parte 10. tract. 12. reſol. 22. & communiter Doctores excuſant inchoantes poſt meridiem, dummodò intra horam immediatam finiatur: cum etiam ſint qui probabile cenſeant poſſe inchoari ante finitâ horam, etiam ſi poſt tranſactam finiatur. Immo & poſt tranſactam inchoari poſſe, vt videri poteſt apud citatum auctorem Reſol. illâ 22. Circa quod P. Suarij congrua doctrina ſuccurrit ſupra, §. Quocirca. Cum enim dixiſſet in die feſto, ſi Miſſa ſolemniſ & concio non finiatur vſque ad vnum vel duas horas poſt meridiem, id licere: & ratione itineris, quamuis non debeat vnius horæ ſpatium excedi, ita ſubdit: Quod ſignificat Soto ſupra, & ſauet conſuetudo; immo & regula Miſſalis, in qua non ſine cauſa additur illa particula. Communiter: As denique quia res morales, quando non ſunt per legem omnino declarate ac limitate, non poſſunt indiſiſſibiler definiri; præſertim quia hæc res non eſt tam grauis vel neceſſaria ad honeſtatem, vt intercedente rationabili cauſa non poſſit prædicto modo ampliari. Sic ille. Cuius præclara ſententia ad varios poteſt caſus, & rationabiliter tamen, applicari. Id autem quod Nauarrus tradit in Manuali Cap. 25. num. 87. nec diſplicet P. Becano de Sacrificio Miſſæ, 2. p. q. 4. num. 5. dum non reprobatur de tertiâ horâ poſt meridiem: & ſecutus eſt Vivaldus in Candelabro aureo, de Euchariftiâ, num. 50. & Pitigianus apud Bonacinam Tomo 1. Diſput. 4. de Euchariftiâ, quaſt. vlt. Punct. 9. num. 7. P. Dicaſtillus ſupra, num. 77. & ſeqq. & P. Tannerus Tomo 4. Diſput. 5. quaſt. 9. num. 61. vbi plures adducit dicens non eſſe mortale: communiter Doctores improbant, nec praxis admittit. Immo Emmanuel Rodericus in Summa Cap. 249. Concluſ. 3. cenſet eum, qui per audaciam & præſumptionem ſic celebrat, remanere perpetuò ſuſpenſum à diuinit, quia Pius V. in Bullâ 4. (apud Cherubinum Tomo 2.) prohibet in virtute ſanctæ obedienciæ, ne quis ſub pœna prædictæ ſuſpenſionis à diuinit prælatum quouis prætextu, etiam licentiarum, in Veſperis celebrare. Ad quæ quidem Bonacina ſupra, ſic ſubiicit: Ego tamen cenſeo illam ſuſpenſionem non incurri ipſo facto, quia in præſatâ Bullâ dicitur, ſub indignationis ſuæ, ac perpetuæ ſuſpenſionis à diuinit pœnâ: que loquendi forma continet Cenſuram comminatoriam, non autem latam ipſo iure. Sic ille. Sed miror vtrumque, ſicut & Hieronymum Garcia Tractat. 3. Diſſicult. 8. Dub. 1. Puncto 1. num. 8. non animaduertentes Bullam illam nihil ad intentum præſens conducibile continere. In ipſâ enim Pontifex contra illos tantum decernit, qui Miſſas Natiuitatis, Reſurrexionis, & alias, ſummo manè dici ſolitas, prætextu licentiarum quarumdam, præcedentibus veſperis, de ſerâ, vt loquitur ille, & ante ſolis occaſum, celebrabant. Quod quidem valde diuerſum eſt ab eo, quod citatj ſcriptores aſſerunt, ſcilicet Miſſam dici, aut votiuam dici permiſſam, circa horam nonam, quâ Chriſtus ſui Corporis & Sanguinis ſacrificium obtulit, poſſe celebrari. Vnde illorum ſententia nullam notam promeretur: & eam, ſi abſit ſcandalum, abſolute tenet P. Sâ V. Miſſa, num. 27. Pro quâ etiam Hieronymus Garcia ſupra, adducit Sotum, Durandum, LLamas, & Salcedum, & P. Leſſius ſupra, non improbabilem cenſet. Quod ſi pro dando Viatico neceſſitas occurrat, id certius licet

licet, vt cum alijs tenet Diana Parte 10. Tract. 12. Reſolut. 26. & Parte 11. Tract. 7. Reſolut. 21.

240 Iuxta hæc ergo priuilegij eſt regulanda conceſſio; vt quoties ſine illo id licet, quod iuxta probabiles Auctores ſententiæ expoſuimus, vna præterea hora adiciatur. Licet enim ſint qui velint non adiciendum, ſed iuxta tempus Iure aut conſuetudine designatum, ſcilicet auroram, & meridiem, pro quo Hieron. Garcia ſupra num. 17. adducit Patres Vazquez, Fagundes, & Bauny; contrarium tamen tenent P. Suarez, Emmanuel Rodericus, Tamburinus, Miranda, Diana apud eundem num. 16. & præterea P. Pellizarius ſupra P. Gaſpar Hurtadus Diſſent. 4. citat. §. Circa conſeſſionem. P. Dicaſtillus, citat. num. 55. Baſſæus num. 6. citat. Remigijs ſupra num. 2. Gauantus in Rubricis Miſſalis Parte 1. Tit. 15. num. 1. §. Priuilegiati. Et alij communiter: atque optimo ſanè fundamento: nam priuilegium, quando non eſt tantum ad tollendos ſcrupulos, aliquid debet concedere ultra id, quod aliunde licet: aliis erit inutile, vt ſupra num. 228. dicebamus. Et conſtat etiam ex Cap. Si Papa, de Priuilegijs in Sexto. Quomodocumque ergo aliquid circa horam liceat, horæ eſt ſpatium adiciendum; dummodò ſcandalum non adſit, quod remoueri poterit ad tantum inſtructione, vt ſciant id beneplacito Pontificis agi poſſe. Et ita à Religioſis Miſſam per tres horas poſt meridiem differri poſſe affirmant P. Dicaſtillus ſupra num. 84. Ioannes de la Cruz etiam ſupra, qui adducit Priuilegium Eugenij Quarti in Bullâ eius 11. Baſſæus loco citato, Diana citato Tract. 14. Reſolut. 34. & Parte 10. citat. Reſolut. 22. vbi alios adducit. Remigijs numer. 2. Pro quo etiam ſtat Cardinalis Lugo ſupra numer. 42. licet cenſeat conceſſionem non eſſe abſolutam. Ait etiam Baſſæus Dianam pro eodem adducere P. Suarium; cum tamen reuera eum non adducat, vt conſulenti conſtat. Vnde & idem dicendum, ſi Commiſſarius S. Cruciatæ ſimile priuilegium horæ concedat, affirmat Remigijs §. citat. licet alij contrarium ſentiant, vt videri poteſt apud P. Mendum in eadem Bullam Diſput. 37. num. 98. Neque negabit quod de horâ tertiâ eſt dictum P. Arriaga, qui circa id hæret, dum Diana ſpeciale priuilegium non assignat, & ita duas horarantum concedit. num. 20. iuxta priuilegium Societatis: ſed eſt illud Eugenij Quarti, vt diximus apud Ioannem de la Cruz, & alios, Alexandri Sexti, & aliorum.

241 Circa priuilegia autem citata hærent aliqui, quia ante Tridentinum ſunt, à quo omnia eiufcemodi reuocata, ſicut loquentes de Altari portatili diximus, & præſertim num. 235. & præterea tenent P. Azor Parte 1. Libr. 10. Cap. 26. Quæſt. 7. P. Aegidius Quæſt. 83. num. 226. P. Becanus ſupra quaſt. 5. §. Tertia exceptio. Durantus de Ritibus Eccleſiæ Lib. 2. Cap. 6. num. 8. Nauarrus ſupra num. 82. alique. Nam quod ad horam dicendi Miſſam attinet, à Concilio etiam eſt Episcopis demandatum, ſicut alia, de quibus dictum, ne ſcilicet inordinatum quidquam patiantur, verbis illis: Poſtremo, ne ſuperſtitionis locus aliquis detur, edito, & pœnis propoſitis caueant ne Sacerdotes alius quam debitis horis celebrent, ne ritus alios, aut alias Ceremonias, & preces, in Miſſarum celebratione

adhibeant, præter eas, que ab Eccleſiâ probatæ, ac frequenter, & laudabili vſu receptæ fuerunt. Sic Concilium. Verum hæc non videntur obſtare, quia Regularium ibi non meminit, ſicut ſuperius, cum de celebratione extra Eccleſiam ageretur. Et certè cum ritus apud ipſos diuerſi extant, circa Miſſæ celebrationem à Sede Apoſtolicâ approbati, ſatis ex eo liquet ea, quæ de ritibus, & conſequenter de horâ ſtatuit, ad eos non eſſe referenda. Præterquam quod vt ex verborum tenore apparet, à Concilio ſuperſticio tantum circa Miſſarum celebrationem propuſari intenditur, à quâ longè abſunt, qui ex priuilegio ſacriſicandi horam anteuertunt, aut extendunt. Auctores ergo priuilegia Eugenij Quarti, Alexandri Sexti, & aliorum afferentes, id leui non faciunt fundamento, ſi iis, quæ diximus, permoti fuerint, quæ tamen apud ipſos non deprehendi: vel quia generaliter cenſent priuilegia Regularium non eſſe à Concilio reuocata, quod præter alios ſupra adductos tenet P. Dicaſtillus num. 69. & Cardinalis Lugo Diſputat. 20. citat. num. 29. qui ait ita ſentire Dianam Tract. 14. citat. Reſol. 33. Circa quod P. Arriaga ſupra num. 16. ſe in Diana nec mentionem huius dubij inueniſſe teſtatur. Et ne forte erratum eſſet in citatione, in Indice omnium trium Tomorum quaſiuiſſe, nihilque ea de re inuenire potuiſſe. Sed certè Diana mens citato eſt loco perſpecta, dum §. 2. ſic ait: ſed plus ego addo cum Ioanne de la Cruz in Directorio conſcientiæ Parte 2. de Sacrificio Miſſæ. Quæſt. 2. Dub. 2. Concluſ. 3. in fine; poſſe illic poſt Matutinum, aut poſt duas horas mediæ noctis, Miſſas celebrare ex priuilegijs. Sic ille. Atqui priuilegia talia ante Tridentinum ſunt, vt conſtat, cum illud Eugenius, & Alexander præceſſerint: ergo ſentit non eſſe reuocata. Id quod clariffimè etiam conſtat ex Reſolut. 34. Qui etiam Parte 10. Tract. 12. citato, Reſolut. 25. cum alijs pro Alexandri priuilegio militat. Potuit ergo merito à Cardinali Lugo citari: qui tamen circa priuilegium Alexandri Sexti, conſeſſum Monasterio Montis-Serrati, fundamentum communicationis non inuenit ob reſtrictionem ad ipſum. Licet Hieron. Garcia ſupra num. 15. qui malè Adrianum pro Alexandro poſuit, aduertat Auctorem dictum videri de Monachis loqui, quando extra Monasterium celebrant. Fundamentum autem communicationis ſatis eſt obuium apud Recentiores, ob conſeſſiones Pontificum in ordine ad huiusmodi extensionem, vt vidimus n. 116.

242 Sed adhuc parum curanda illa quando ante Concilium Tridentinum ſunt, contendit citatus Scriptor propter illa, quæ habet num. 14. vbi nonnullos adducit ita ſentientes; in quibus eſt P. Fagundes circa primam Eccleſiæ præceptum Lib. 3. Cap. 17. num. 3. vbi ait priuilegium Societati conſeſſum fuiſſe à Gregorio XII. cum Concilij derogatione, quod priuilegia talia reuocarat. Sed id non eſt, vt ille aſſerit, conſtat Bullam conſeſſionis legenti, quæ incipit: Quanta in vna die 5. Maij Ann. 1578. nulla enim ibidem mentio Tridentini. Plus autem videtur vrgere Declaratio Cardinalium, quam adducunt Card. Bellarminus, & Barboſa, ſicque habet: Ante diem & horis indebitis nulli licet celebrare, etiam vi priuilegij ante Tridentinum conſeſſi. Sed quod

FF 4 hæc

Declarationem Cardinalium non obſtare.

Declaratio Card. Bellarmini, & Barboſa, ſicque habet: Ante diem & horis indebitis nulli licet celebrare, etiam vi priuilegij ante Tridentinum conſeſſi. Sed quod

Supra tempus, in quo celebrare licet, horam à priuilegio conſeſſi.

P. Suarij notanda doctrina.

Sententia de tertiâ hora poſt meridiem.

A Pio V. reprobata qui conſeſſat pœnâ adiectâ.

Quid circa Commiſſarij Cruciatæ conceſſionem.

Difficultas circa priuilegia de Eo quia à Tridentino videntur reuocata.

Illius Decretum circa horam etc.

adhibeant, præter eas, que ab Eccleſiâ probatæ, ac frequenter, & laudabili vſu receptæ fuerunt. Sic Concilium. Verum hæc non videntur obſtare, quia Regularium ibi non meminit, ſicut ſuperius, cum de celebratione extra Eccleſiam ageretur. Et certè cum ritus apud ipſos diuerſi extant, circa Miſſæ celebrationem à Sede Apoſtolicâ approbati, ſatis ex eo liquet ea, quæ de ritibus, & conſequenter de horâ ſtatuit, ad eos non eſſe referenda. Præterquam quod vt ex verborum tenore apparet, à Concilio ſuperſticio tantum circa Miſſarum celebrationem propuſari intenditur, à quâ longè abſunt, qui ex priuilegio ſacriſicandi horam anteuertunt, aut extendunt. Auctores ergo priuilegia Eugenij Quarti, Alexandri Sexti, & aliorum afferentes, id leui non faciunt fundamento, ſi iis, quæ diximus, permoti fuerint, quæ tamen apud ipſos non deprehendi: vel quia generaliter cenſent priuilegia Regularium non eſſe à Concilio reuocata, quod præter alios ſupra adductos tenet P. Dicaſtillus num. 69. & Cardinalis Lugo Diſputat. 20. citat. num. 29. qui ait ita ſentire Dianam Tract. 14. citat. Reſol. 33. Circa quod P. Arriaga ſupra num. 16. ſe in Diana nec mentionem huius dubij inueniſſe teſtatur. Et ne forte erratum eſſet in citatione, in Indice omnium trium Tomorum quaſiuiſſe, nihilque ea de re inuenire potuiſſe. Sed certè Diana mens citato eſt loco perſpecta, dum §. 2. ſic ait: ſed plus ego addo cum Ioanne de la Cruz in Directorio conſcientiæ Parte 2. de Sacrificio Miſſæ. Quæſt. 2. Dub. 2. Concluſ. 3. in fine; poſſe illic poſt Matutinum, aut poſt duas horas mediæ noctis, Miſſas celebrare ex priuilegijs. Sic ille. Atqui priuilegia talia ante Tridentinum ſunt, vt conſtat, cum illud Eugenius, & Alexander præceſſerint: ergo ſentit non eſſe reuocata. Id quod clariffimè etiam conſtat ex Reſolut. 34. Qui etiam Parte 10. Tract. 12. citato, Reſolut. 25. cum alijs pro Alexandri priuilegio militat. Potuit ergo merito à Cardinali Lugo citari: qui tamen circa priuilegium Alexandri Sexti, conſeſſum Monasterio Montis-Serrati, fundamentum communicationis non inuenit ob reſtrictionem ad ipſum. Licet Hieron. Garcia ſupra num. 15. qui malè Adrianum pro Alexandro poſuit, aduertat Auctorem dictum videri de Monachis loqui, quando extra Monasterium celebrant. Fundamentum autem communicationis ſatis eſt obuium apud Recentiores, ob conſeſſiones Pontificum in ordine ad huiusmodi extensionem, vt vidimus n. 116.

Circa Dianam legiſſima citatio Card. Lugo defenditur contra P. Arriagam.

In Priuilegio Alex. VI. quod difficultatis auertitur.

Contra illud & alia ante Tridentinum qui militent: ſed defendendum.

Declaratio Card. Bellarmini, & Barboſa, ſicque habet: Ante diem & horis indebitis nulli licet celebrare, etiam vi priuilegij ante Tridentinum conſeſſi. Sed quod

FF 4 hæc

Declaratio Card. Bellarmini, & Barboſa, ſicque habet: Ante diem & horis indebitis nulli licet celebrare, etiam vi priuilegij ante Tridentinum conſeſſi. Sed quod

FF 4 hæc

hæc Declaratio generatim non vrgeat debet fa-
teri citatus Auctor, qui num. 13. cum pluribus
statuit Episcopos posse ante auroram celebrare,
siue vi priuilegij, siue consuetudinis, & alijs li-
centiam celebrandi concedere, etiam post meri-
diem: cum tamen post Tridentinum nullum pri-
uilegium huiusmodi concessum reperitur. Di-
cendum ergo Declarationem dictam authenti-
cam non esse: & vt verè talis fuerit, quod non
negamus, probabilis sententiæ innixam; cum ta-
men nos probabilem etiam, & satis verosimilem
confectemur.

De Priuilegijs circa sumptionem Particu-
larum Eucharistiæ, peracto Missæ sa-
crificio.

DE hoc priuilegio dictum num. 163. sed hoc
loco quæ ad illud spectant amplius expli-
canda.

Affertio 1.
Particulas
eiusdem
Missæ posse
post purifi-
cationem
sumi.

243 Dico primò. Particulæ, quæ ad imme-
diatè peractum sacrificium spectant, sumi possunt
abique vilo scrupulo etiam post sumptam purifi-
cationem. Sic P. Suarez Tomo 3. in 3. p. Diss. 68.
Sect. 6. §. Secundus casus. P. Vazquez Diss. 214. n.
49. P. Præpositus Tomo 4. Quæst. 80. n. 45. P. Re-
ginaldus Lib. 29. num. 123. P. Fillucius Tract. 4.
num. 239. P. Fagundez circa tertium Ecclesiæ Præ-
ceptum Cap. 5. num. 28. P. Dicaſtillus Tractat. 4.
num. 354. Dissutat. 9. P. Arriaga suprâ num. 49.
Diana Parte 1. Tractat. 14. Resolut. 66. Parte 2.
Tract. 4. Resolut. 45. & Parte 5. Tractat. 14. Resol-
lut. 43. abique, & apud ipsos alij plures. Pro quo
communis ratio est, quia huiusmodi reliquiæ
non sumuntur per modum integræ Communio-
nis, sed vt complementum vniuersi sacrificij, ad
quod Sacerdos ieiunus accessit, & ita totum il-
lud est per modum vniuersi moraliter actionis. I-
tem, quia non potest aliter Sacerdos ministe-
rium suum, & actionem illam perfectè adimple-
re modo conuenienti: sapè enim non possunt
reliquiæ conseruari, neque ante abluionem sumi
vnde Ecclesiæ ieiunium præcipientis inten-
tio non est credenda vilatenus aduersari.

Quoties
inuenta
sunt.

244 Circa quod P. Suarez sic faciendum ait
quando moraliter oportuerit: qui videtur significa-
re non esse absolutè licitum: vnde dubitari vlti-
rius poterit quando id erit moraliter conueniens.
Sine vilo tamen scrupulo fieri poterit, quoties
reliquiæ extiterint, quia hoc clarè probat ratio
adducta de sacrificij actione, quæ vna moraliter
est, & de illius perfectione, ac conuenienti mo-
do ministerium adimplendi. Quod si ad necessita-
tem reducitur, iam ratio talis minimè erit suffi-
ciens; quam tamen & ipse Eximius Doctor, &
alij sufficientem arbitrantur. Vnde eo stante vi-
detur particulas debere sumi, etiam si commo-
ditas non defit ad earum conseruationem. Quod
quidem tunc accedere poterit, si quando Sacer-
dos post Missam daturus Communione, pyxi-
dem è sacrario extrahit, in Corporali particulam
aliquam deprehendit. Est enim tunc facile eam
in pyxide reponere; quod tamen si faciat, conue-
nienti modo non se gerere ratio adducta con-
iunct: quia scilicet sacrificium perfectè non per-
agit, cum aliquid ex eo relinquit, quod à se su-

Et debere
semper ita
fieri vide-
tur.

mendum consecrauit. Licet enim non sit neces-
sarium vt Sacerdos totum id sumat, quod conse-
crat, cum pro alijs etiam consecrare possit: id ta-
men quod à se sumendum consecrat, sumere de-
bet, quia sumptio, vel ad substantiam sacrificij
spectat, vt volunt multi, vel ad integritatem. Non
videtur ergo iuxta mentem Doctorum sic tenen-
tium & probantium, aliter fieri posse, cum in eo
& ratio conuenientiæ, & integritatis requisitæ
concurrant. Vnde & P. Vazquez, qui ait non
esse obligationem particulas huiusmodi sumendi,
si seruari possint, probabiliter quidem loquitur,
sed non iuxta rationem communis assertio-
nis. Et quidquid de obligatione in ordine ad culpam
sit, de maiori quidem conuenientiâ non videtur
posse dubitari: Et vrgeri ex receptissimâ senten-
tiâ potest; iuxta quam, qui in Missa post conse-
crationem etiam solius hostiæ, recordatur se non
esse ieiunium, debet in ea prosequi. Pro quo ip-
se P. Vazquez Cap. 5. §. Idem dicendum. iunctis
iis, quæ habet Dissut. 208. Cap. 2. Nam commu-
nis ea resolutio in eo fundatur, quod integritas
sacrificij præferenda sit Ecclesiasticæ legi ieiunij.
Ex quo arguere pro casu, de quo est sermo, effi-
caciter possumus: quandoquidem particula de
integritate sacrificij sunt: vt ergo absoluta ne-
cessitas non sit, quia eam communiter non re-
cognoscunt Doctores, saltem magnæ conue-
nientiæ onus incumbit Sacerdoti. Vnde non be-
nè P. Gaspar Hurtadus Dissutat. 9. de Eucharistiâ
Difficult. 17. §. Nos tamen, asserit particulam re-
lictam non posse post abluionem sumi, si ser-
uari possit, sed reponendam in sacrario, quia
tunc absque causâ aliqua exculante sumptio-
nem à non ieiunio sumitur: constat enim causâ
esse legitimam & urgentem, vt iam vidi-
mus.

Saltem id
esse valde
conueniens.

Etiamsi
seruari
possint,
contra P.
Hurtadum.

245 Dico secundò. Non solum minuscule
particulæ, sed hostiæ, quas Formas dicimus,
pro communicandis alijs consecratæ, sumi
possunt, sicut illæ, vt accidit cum Communio
fit post Missam, & aliqua factâ Communione
superfunt. Sic P. Suarez suprâ, Posselinus, Cha-
merota, P. Fillucius, quos citat & sequitur Bo-
nacina Tomo 1. Dissut. 4. de Eucharistiâ. Quæst. 6.
Puncto 2. num. 13. & 14. P. Fagundez num. 31.
P. Vazquez, & P. Præpositus suprâ P. Henri-
quez Lib. 9. Cap. 30. num. ad finem P. Egidius
Quæst. 8. numer. 68. & alij. Licet autem ita sen-
tiant, non est tamen apud eos ratio, quæ resolu-
tionem istam & præcedentem complectatur. Illa
enim quæ pro præcedenti adducta est, ex inte-
gritate sacrificij procedit, quæ non videtur posse
ad præsentem adaptari. Particulæ si quidem pro
communicandis alijs consecratæ, ad integritatem
sacrificij non spectant sicut aliæ, quia non conse-
crantur vt à Consecrante sumantur, licet simul
consecratæ cum hostiâ vniuersi sacrificij consti-
tuant: ergo ratione integritatis sumi nequeunt.
Nihilominus sustineri ratio prædicta potest: tum
quia dici possunt ad integritatem pertinere, qua-
tenus ita consecrantur, vt Sacerdos virtualiter
intendat eas sumere, si fortè superfint. Tum et-
iam quia ratio communis Doctorum non ad inte-
gritatem sacrificij referenda est, quo pacto nos
sumus argumentati, seu ad integritatem & perfe-
ctionem illius actionis.

Affertio 2.
idem de
hostiis
seu Formis
statuatis.

Ratio pro
eadem no-
tante de-
ducta.

246 Neque

Obiectio
P. Hurtadi
dijcissa,
quæ & a-
liorum.

246 Neque vrget quod obiicit P. Hurta-
dus suprâ §. Tertius casus, quod scilicet si ea ratio
valeret, non esset contra prohibitionem sumendi
Eucharistiâ à non ieiunis, sumere scienter ali-
quid cibi ante sumptionem reliquiarum. Et si-
militer arguit Cardinalis Lugo Dissut. 15. num.
77. & cum eo P. Arriaga num. 47. Pro quo po-
test casus adduci, si quis post Missam vinum de-
fectum sentiret ad Communione multis conse-
ferendam, & ante illam secretò aliquid sumeret,
quo eas repararet. Non inquam vrget: quia eo
ipso quod aliquid scienter sumeret Sacerdos, ac-
tio sacrificandi finiretur: talis enim cibi sumptio
sufficiens illius signum est, cum ad aliæ sit
ad actionem illa omnium sacratissima: sic enim te-
statur Sacerdos de cœlesti cibo se iam non agere,
qui terrenum capit. Quod si intra Missam detur
Communio, idem etiam dicendum, etiam si Sacer-
dos alia adiecerit sit, quæ ad finem Missæ spe-
ctant: ante illa enim sacrificium terminatum est
sumptione illâ cibi, non solum substantialiter,
sed integraliter ac completiue; licet ex Eccle-
siæ præcepto, prætermittenda non sint. Deinde.
Diuerſa est ratio de abluione, & sumptione illa
cibi: nam abluio ad complementum illius actio-
nis pertinet, ex instituto Ecclesiæ; non ita cibi
sumptio aut potus: & ita illa obſtare neque si-
cut ista. Pro quo etiam est, circa vnam nullum
esse indicium permissionis Ecclesiæ, cum tamen
sit erga aliam. Vnde P. Hurtado ex illius potest
responderi doctrina, qui communem senten-
tiam, de qua Affertio 1. ex eo probat quod vq-
luntas Ecclesiæ pro eo sit; vult enim fractionem
ieiunij non impedire, sicut non item impedire
vult, quando in Paralceue ex ipsius præcepto par-
ticula hostiæ consecratæ remanentis ex Feriâ §.
vino non consecrato infunditur, & cum eo su-
mitur: & tamen regulariter contingit quod par-
ticula aliqua vini prius deglutatur, quam par-
ticula illa hostiæ consecratæ. Sic ergo & nos di-
cere possumus circa fractionem per sumptionem
cibi præfatam nullum esse indicium voluntatis
Ecclesiæ, cum tamen circa abluionem sit, quam
Doctores verosimiliter coniungunt, de alia nihil
tale vsquam odorati. Quo pacto philosophantem
inuenio post hæc scripta P. Dicaſtillum suprâ
n. 357. & seqq.

Affertio 3.
Idem con-
cludens de
particulis
ex alia
Missâ.

P. Suarez.

247 Dico tertio. Particulæ post sumptio-
nem abluionis inuenta sumi possunt, etiam si
ex alia sint Missa relictæ. Sic P. Suarez suprâ
§. Ad secundam, quatenus sic ait: si autem sint
ex præsanctificatis, consultius erit illas reseruare, sicut
anteà conseruabantur. Sic ille, qui dum consultius
esse ait, oppositum indicat fieri absolutè posse
& ita probabiliter. Quod etiam tenet P. Fagun-
dez sententiam P. Suarez, & verba desumens. Bo-
nacina suprâ num. 14. dicens melius esse eas as-
seruare. Bassæus verb. Communio, in fine, vbi eis-
dem vitur verbis, quibus P. Suarez. Marchinus
apertius, de Sacramento Ordinis Tract. 3. p. 3. Cap. 3.
num. 19. Est ergo hoc probabile, cuius tamen
ratio apud Scriptores non occurrit: potest ni-
hilominus ex eo fundari, quia ad actionem præ-
sentis sacrificij non solum pertinet quidquid à
Sacerdote oblatum est, sed etiam quod ab alio,
si illud sumere sit conueniens. Vnde manifestum
est Sacerdotem posse sumere ante abluionem

particulas ex alia Missa relictas, sicut & purifica-
re ciborium, in quo sacræ hostiæ asseruantur:
ergo quemadmodum sumere à se consecrata potest
post abluionem, ita & consecrata ab alijs, quia
hoc etiam pertinet ad actionis illius complemen-
tum.

Affertio 4.
resolutio
præcedens
de hostiis
etiam pro-
cedere vi-
detur.

248 Dico quarto. Præcedens resolutio vi-
detur procedere non solum de maiusculis parti-
culis, sed etiam de hostiis pro Communione
tribuendâ consecratis. Id probatur ex eorum au-
thoritate, quos nuper adduximus. P. Suarez ab-
solutè loquitur de reliquijs post datam Commu-
nionem, sicut & P. Fagundez & Bonacina: post
Communione autem non solum reliquiæ mi-
niores restare solent, sed etiam formulæ ali-
quæ. Si ergo oporteat ciborium purificare, sumi
poterunt, aut quauis aliâ rationabili causâ in-
tercedente. Bassæus de reliquijs loquitur, etiam si
notabilis sint quantitas. Et quidem P. Fagun-
dez de reliquijs loquens præsentis sacrificij, ita
sumi à Sacerdote, qui per longum spatium Com-
munionem populo dispensauit, & postea vasa
purificat, posse arbitratur: vt nullum in eo esse
dubium, non dubitet pronuntiare. Quod quidem
oportebit obseruent illi, qui scrupulis circa ista
perurgentur. Ex eo autem quod nullum dubium
in eo sit, vt vult ille, in eo quod de præsanctifi-
catis addit cum alijs, consultius quidem esse ea
seruare: licet dubium aliquod esse possit, satis
tamen verosimiliter affirmatur, quia indubita-
to adhæret, quasi proximo ab eo gradu.

Affertio 5.
Particulas
post receptam
ab alio
sumi posse.

249 Dico quinto. Etiam si Sacerdos ab al-
tari recesserit, poterit particulam inuentam su-
mere, quæ commodè seruari non possit. Sic ci-
tati, quatenus id admittunt quando sine irreue-
rentia seruari nequit: quæ quidem ordinariè con-
tinget; cum enim Sacerdos nequeat sine nota ad
altare redire, videtur particula in Sacrariâ seruanda
secretò, vnde & irreuerentia est manifesta. Est
ergo sufficiens ratio, quæ ex incommoditate in
asseruatione desumitur, & ita generalius locutus
circa hoc P. Martinon Tomo 4. Dissut. 35. num.
63. & de aliorum vtu testatur P. Arriaga num. 51.
cum essent valde docti. Pro quo & alij apud
Dianam Parte 6. Tractat. 6. Resolut. 17. & Parte
10. Tract. 13. Resolut. 54. Accedit particulas istas
dubitari posse an sint consecratæ.

Affertio 6.
Præfatus
resolutio
Inditio pri-
uilegio iu-
uari.

Dico sexto. Licet aliqua ex prædictis non
ita recepta sint, ad ea tamen potest priuilegium
Indicium, de quo num. 163. probabiliter appli-
cari, vt eo pacto magis licita videantur. Diximus
ibi priuilegium dictum nihil speciale concedere.
Sed esse pro tollendis scrupulis impetratum. At
erunt qui censent aliquid aliàs non licitum cõ-
cedi per illud: & cum nihil aliud præter dicta ex-
cogitari possit, ad ea erit applicandum.

Dubium
circa di-
centes duas
Missas, ob
recedendum
sanguinem
in Calice
& ratione
adductam
de parti-
culis.
Funda-
mentum vt
quenti

250 Vbi dubium incidit circa id, quod est
in Parochis Indorum frequenissimum. Missas
enim dicunt duas diuersis in populis. Possunt
illi in priori Calicem purificare, & purificationem
sumere? Videtur enim id licitum ex dictis, quia
purificatio illa ad complementum sacrificij perti-
net: ergo quemadmodum sacrificium non ob-
ſtat quo minus aliud offerri & sumi queat, ita ne-
que talis sumptio. Item. Post sumptionem talem
possunt sumi particule in eadem Missa non conse-
cratæ: ergo & sumi poterunt, quæ in Missa se-
quenti